

**Палеографические снимки с греческих и
славянских рукописей Московской
синодальной библиотеки, VI-XVII века**

УДК 93
ББК 63.3
П14

П14 Палеографические снимки с греческих и славянских рукописей Московской синодальной библиотеки, VI-XVII века / – М.: Книга по Требованию, 2018. – 115 с.

ISBN 978-5-518-10767-0

ISBN 978-5-518-10767-0

© Издание на русском языке, оформление
«YOYO Media», 2018
© Издание на русском языке, оцифровка,
«Книга по Требованию», 2018

Эта книга является репринтом оригинала, который мы создали специально для Вас, используя запатентованные технологии производства репринтных книг и печати по требованию.

Сначала мы отсканировали каждую страницу оригинала этой редкой книги на профессиональном оборудовании. Затем с помощью специально разработанных программ мы произвели очистку изображения от пятен, клякс, перегибов и попытались отбелить и выровнять каждую страницу книги. К сожалению, некоторые страницы нельзя вернуть в изначальное состояние, и если их было трудно читать в оригинале, то даже при цифровой реставрации их невозможно улучшить.

Разумеется, автоматизированная программная обработка репринтных книг – не самое лучшее решение для восстановления текста в его первоизданном виде, однако, наша цель – вернуть читателю точную копию книги, которой может быть несколько веков.

Поэтому мы предупреждаем о возможных погрешностях восстановленного репринтного издания. В издании могут отсутствовать одна или несколько страниц текста, могут встретиться невыводимые пятна и кляксы, надписи на полях или подчеркивания в тексте, нечитаемые фрагменты текста или загибы страниц. Покупать или не покупать подобные издания – решать Вам, мы же делаем все возможное, чтобы редкие и ценные книги, еще недавно утраченные и несправедливо забытые, вновь стали доступными для всех читателей.

P R A E F A T I O.

Editionis nostrae scopus est, ut Græcae et Slavonicae Paläographiae studentibus subsidia quaedam, ad rectam temporis, quo codex quilibet conscriptus est, definitionem aptiora praebeamus.

Etenim omnia fere specimina, quæ in nostra editione occurrunt, perpauca exclusis, e codicibus desumpta sunt, quorum anni scriptionis plane indicantur. Jam vero comparatio codicum, quibus clarae et certae temporis, quo exarati sunt, notae desiderantur, cum iis, quorum ætas litteris designata est, procul dubio, facilius et certior est ratio ad temporis eorundem definitionem. Clarissimus Montfauconius confitetur, se ipsum paläographica studia inde inchoasse, quod codices absque tempore definito, quo prodierunt, comparare coeperat cum iis, in quibus vel anni, quando scripti sunt, vel scribae declarantur (Paläographia Graeca, Praefat.).

Putavimus autem ab exordio editionis nostrae specimina solummodo codicum Graecorum et Slavonicorum in lucem proferre, qui in Bibliotheca Synodali seu Patriarchali constant, praesertim cum in eorum collectione codices inveniuntur cum annis, quibus prodierunt, indicatis in perpetuo sæculorum cursu, a IX nempe saeculo post Christi nativitatem usque ad XVII. Sed postquam Sanctissima Synodus decreverat etiam Mosquensis Synodalis Typographiae thesauros manuscriptos Bibliothecae Synodali adjungere: elegimus, horum quoque, typographicorum nimirum codicum, praesertim vetustiorum, pro supplemento, specimina edere.

Quoniam in brevioribus fragmentis seu speciminibus, a nobis edendis, non omnes alphabeti litterae occurrere potuerunt; interea litterae quaedam quoad formam, in qua scribae variorum saeculorum delineaverant eas, notas certe characteristicas et infallibiles exhibent huius seu illius temporis codicis: non ineptum inde putavimus, nostrae editioni plena etiam alphabeta addere litterarum Graecarum et Slavonicarum, variorum saeculorum. Et alphabeta quidem Graeca, a saeculo inde V ante Christi nativitatem, desumsimus partim ex vetustissimis speciminibus (fac-simile), editis a Montfauconio in ejus Paläographia Graeca, nec non a professore calligraphiae avlae regiae Parisiis M. Silvestro in ejus Paléographie universelle (Paris, 1841), partim e codicibus Mosquensis Synodalis Bibliothecae. Alphabetum autem Slavonicarum litterarum, quae vulgo Cyrillicae audiunt, (utpote a S. Cyrillo, Slavorum apostolo, traditae), excerptimus praecipue e codicibus Mosquensis Synodalis, partim vero typographicae Bibliothecae, de qua monuimus. Quibus Slavorum litteris vulgaribus adjunximus peculiare quaedam litteras Slavonicas, Glagolice scriptas, quas in editionem nostram traduximus ex opere Copitari praeclaro: Glogolita Clozianus et caet. (Vindobonae, 1836). Hoc vero fecimus eam ob causam, quod in Slavonicis nostris speciminibus, Cyrillici characteris, unum est fac-simile subscriptionis alicuius, quæ in codice Bibliothecae typographicae litteris Glagoliticis delineata est (vid. Supplementa, tab. IV.).

Cum nos de propria novimus experientia, quam difficile est et erratu proclive, in primis praecipue studiis, si quis assumat codices Graecos temporis serioris. saeculorum nempe XV, XVI et subsequentium, utpote variarum plenos verborum abbreviationum, saepe a scribis vel licentissime et supra modum fictarum: venit nobis in mentem, ad impedimenta, quae perlegendibus tales codices Graecos obiacent, removenda vel saltem diminuenda, ad finem editionis nostrae adiacere explanationem abbreviationum, prae caeteris quidem difficiliorum. Haec nostra explanatio collatione nititur verborum abbreviatorum cum verbis iisdem, quae in aliis codicibus vel editionibus ejusdem argumenti plena apparent, nec contracta. Quam collationem nobis petentibus confecit Graecae et Slavonicae philologiae amator A. M. Heesen.

Itaque collectaneum nostrum ex LX constat palaeographicis tabulis, quarum 51 specimina exhibent codicum Graecorum et Slavonicorum, 4 tabulae alphabeta continent Graeca et Slavonica, tum Cyrillicum Glagolitici characteris, et postremae 5 Graecas verborum abbreviationes exprimunt. Praeterea Graecis alphabetis picturam praefiximus ex codice Graeco XI saec. petitam et Slavonicis alteram ex insigni in Slavonica Paläographia manuscripto, Izbornik Sviatoslavii dicto et an. 1073 scripto.

Ut specimina a codicibus desumpta membranaceis distingvantur a petitis ex chartaceis manuscriptis, priores edidimus in duobus coloribus, posteriores vero in uno tantum.

Praemisimus avtem speciminibus nostris brevem eorundem descriptionem. Ubi maiori ex parte notitiam solummodo satis habuimus dare, ex quonam codice hoc vel illud specimen desumptum est. Primi tantum speciminis accuratiorem instituimus disquisitionem, ideo quidem, quod codex, unde illud petitum est, alta vetustate sua praecipuam meretur attentionem, nec adhuc usque cuilibet notus vel a quopiam descriptus est.

Ut editio nostra etiam aliarum regionum, praeter Russiam, viris doctis usui esse possit, visum nobis est, nostrum praeliminarem ad specimina textum Rossicum unâ cum versione Latina exponere.

CORRIGENDA.

Pag. 14 Lin. 10 a fine *εν ετεε* $\times 5\psi 4\zeta$.
— 16 — 7 — *ανδρειω*.

Pag. 17 a fine 11 ab initio *κλήμεντα*.
— 25 — 9 a fine *Въ лѣто 51704*.

О П И С А Н И Е

ПАЛЕОГРАФИЧЕСКИХЪ СНИМКОВЪ СЪ
РУКОПИСЕЙ СИНОДАЛЬНОЙ БИБЛИОТЕКИ —

1) ГРЕЧЕСКИХЪ.

VI—VII в.

Табл. ^α VI—VII в. № 60 (LXI) (α) л. 289.
Здѣсь представленъ отрывокъ изъ посланія Ап.
Павла къ Евреямъ, гл. X. ст. 35—38 и ст. 1—
3. Онъ читается такъ:

- Ст. 35... Ἀποβάλητε (οὖν τήν)
παρήσϊαν ὑμῶν,
ἣτις ἔχει μεγάλην μισ-
θαποδοσίαν.
- 36. Ἐπιμονῆς γάρ ἔχεται(ε)
χρ(ε)ίαν· ἵνα τό θέλημα
τοῦ θεοῦ ποιήσαντες,
κομίσησθαι(ε) τήν
ἐπαγγελίαν.
- 37. Ἐτι γάρ μικρόν ὅσον ὅσον,
ὁ ἐρχόμενος ἤξ(ε)ι
καί οὐ χρονεῖ·
- 38. Ὁ δέ δίκαιος ἐκ πίσ-
τεως ζήσεται
καί ἐάν ὑποβτείληται
οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχὴ μου...

Весь манускриптъ, съ котораго сдѣланъ насто-
ящій снимокъ, состоитъ изъ двухъ листовъ въ 4-ю
л. Листы эти, въ разогнутомъ видѣ, приклеены
были, въ давнее время, вмѣсто оболочки къ по-
слѣднему листу означенной выше рукописи подъ
№ 60, 975 г., содержащей въ себѣ слова св.
Григорія Назіанзена и принадлежавшей до 1655 г.
Аѳонской лаврѣ св. Аѳанасія, какъ видно изъ
подписи на самой рукописи.

(α) Римскія цифры въ скобкахъ означаютъ нумера руко-
писей по каталогу профессора *Маттеи* (Lipsiae, 1805
an. 8°).

DESCRIPTION

SPECIMINUM PALAEOGRAPHICORUM SYNO-
DALIS BIBLIOTHECAE CODICUM —

1) GRAECORUM.

Saec. VI—VII.

Tabula ^α saec. VI—VII. № 60 (LXI) (α) fol.
289. Exhibet fragmentum epistolae Ap. Pauli ad
Hebraeos, cap. X. vers. 35—38 et 1—3. Legitur
autem ita:

- Ст. 1... Τῶν μελλόντων ἀγα-
θῶν, οὐκ αὐτήν τήν
εἰκόνα τῶν πραγμάτων,
κατ' ἐνιαυτον ταῖς αὐταῖς
θυσίαις αἷς προσφέ-
ρουσιν εἰς τό διηνε-
κές, οὐδέποτε δύνα-
ται τοὺς προσερχο-
μένους τελ(ε)ιωσαι.
- 2. Ἐπεὶ ἄν ἐπαύσαντο
προσφερόμεναι,
διὰ τό μηδεμίαν ἔχειν
ἔτι συνείδησιν ἁμαρ-
τιῶν τοὺς λατρεύοντας,
ἅπαξ κεκαθαρμένους·
- 3. Ἄλλ' ἐν αὐτο(α)ῖς ἀνάμνησις...

Totum fragmentum manuscriptum, cuius speci-
men hęc editum est, constat duobus foliis in 4°
quae olim devoluta et pro involucre agglutinata
erant dicto codici № 60, ann. 975, qui S. Gre-
gorii Nazianzeni orationes continet, et usque ad
annum 1665 fuit Laurae S. Athanasii, quae in
monte Atho est, prout patet ex subscriptione in
ipso codice.

(α) Numeri romani, inter clavusulas positi, designant nu-
merationem codicum, quae in catalogo professoris *Mathaei*
(Lipsiae 1085 an. 8°) recepta est.

Время написанія нашего отрывка съ точностію опредѣляется сличеніемъ его съ подобными отрывками изъ посланій Ап. Павла, хранящимися въ Парижской Коаленовой (нынѣ Императорской) Б—кѣ (а). Съ этою именно цѣлю мы приложили на об. 1-й таблицы снимокъ съ одного изъ упомянутыхъ отрывковъ, изданнаго ученымъ Монофономъ въ описаніи Коаленовой Б—ки. (Paris 1715, pag. 262.). Но предварительно надобно замѣтить, что въ представленномъ нами снимкѣ съ Парижскаго манускрипта, начертаніе буквъ, на первыхъ 7-ми строкахъ, явно отличается отъ буквъ послѣдующихъ строкъ. Это произошло отъ того, что сіи послѣднія строки, какъ и всѣ прочіе листы рукописи, представляютъ не первоначальное начертаніе буквъ, а уже возобновленное въ болѣе позднее время другою рукою и другими чернилами, по причинѣ изглаженія прежнихъ чернилъ; между тѣмъ, какъ первыя 7-мь строкъ, содержащія въ себѣ приписку къ посланію Ап. Павла къ Титу, сохранили первоначальный свой видъ, такъ какъ онѣ, въ подлинной рукописи, писаны не чернилами, а киноварью, которая по своему составу, какъ очевидно, была прочнѣе чернилъ того времени.

При самомъ поверхностномъ сличеніи нашего синодальнаго манускрипта съ снимкомъ съ Парижской рукописи, въ возобновленномъ ея видѣ, открывается очень близкое сходство въ характерѣ буквъ того и другаго. Но еще болѣе и разительнѣе это сходство открывается, при сличеніи нашего манускрипта съ другимъ отрывкомъ съ той же Парижской рукописи, помѣщеннымъ во 2-мъ томѣ *Paleographie Universelle* Сильвестра. (Paris 1841 г. in fol). Здѣсь и видъ пергамена, и форматъ

Tempus, quo exaratum est hoc fragmentum, facile determinari potest per comparationem cum similibus Epistolarum S. Ap. Pauli fragmentis, quae in bibliotheca Coisliniana, nunc autem Imperiali, Parisiis, supersunt (a). Hunc in finem tabulae 7 paginâ versâ, specimen addimus palaeographicum fragmenti, ex bibliothecae Coislinianae descriptione Montfauconiana desumptum. (Parisiis 1715. pag. 262). Hic tamen ante omnia notandum est, in primis septem lineis fragmenti Parisiensis, quod exhibemus, chirographum prorsus differre a manu sequentium linearum. Posteriores enim lineae, sicut etiam caetera omnia manuscripti folia, non primariam litterarum delineationem exhibent, immo vero seriore aetate, alia manu alioque atramento rescriptam, propter antiquae scripturae extinctionionem. Septem autem lineae priores, quibus ascriptio Epistolae A. Pauli ad Titum continetur, originariam formam suam facilius conservaverunt, quia non atramento, sed minio exaratae sunt, quod tempori magis resistit, quam atramentum illius aetatis.

Manuscripti nostri synodalis fragmenti levis etiam comparatio cum specimine fragmenti Parisiensis, iam renovati, maximam litterarum similitudinem in utroque innuit. Cum autem fragmentum nostrum cum alio eiusdem Parisiensis manuscripti fragmento, Sylvestri *Palaeographiâ universali* T. II. (Paris 1841 f.) edito, conferamus, perfectissimam eorum inter se similitudinem videbimus. Membranae forma, codicis mensura, litterarum delineatio, verborum per lineas dispositio, linearum numerus

(а) Изъ 14-ти листовъ, собранныхъ и описанныхъ Монофономъ, сохранилось до настоящаго времени только 12; два изъ нихъ, хранившіеся отдѣльно въ Б—кѣ Сенъ-Жерменскаго (Saint-Germain-des-Près) Аббатства, утрачены въ 1794 г. во время случившагося въ этой Б — кѣ пожара. (Silverstre *Paleogr. Univers.* T. 2). Но вѣроятно, сіи-то самыя листы, вмѣстѣ съ нѣкоторыми другими палеографическими памятниками, обреченными погибѣли во время французской революціи 1793 г., вывезены были изъ Парижа въ С. Петербургъ бывшимъ тогда совѣтникомъ русскаго посольства Дубровскимъ и хранятся нынѣ въ Имп. публичной Б—кѣ. (Журн. Мин. Нар. Просв. 1852 г. Ч. LXXIV, отд. VII стр. 23).

(а) E numero XIV foliorum, quae curavit et descripsit Montfaucon, nunc duodecem tantum supersunt; duo postrema, quae in bibliotheca monasterii S. Germani-des-Près conservabantur, an. 1794 per incendium periisse creduntur (Silvestre *Palaogr. Universelle*, tom. 2). Probabile tamen est, haec ipsa folia cum aliis quibusdam palaeographicis monumentis, quibus revolutionis gallicae tempore 1793 an. interitus prorsus imminet, per Dubrovskium, qui tunc in Parisiis Róssicae legationis consiliarius fuit, Petropoliim translata esse et adhuc in bibliotheca Publica Imperiali conservari. (Ministerii Publ. Institutionis *Ephemerid.* 1852 T. LXXIV. Sectio VII. p. 23).

рукописи, и начертаніе буквъ, и расположеніе словъ по строкамъ, и счетъ самыхъ строкъ (16), и даже мѣста, проѣденныя чернилами (а),—все обличаетъ самое близкое сходство нашего манускрипта съ манускриптомъ Парижской Б—ки. А если притомъ мы примемъ во вниманіе еще то обстоятельство, что отрывки изъ Апостольскихъ посланій, принадлежащіе Парижской Коаленовой Б—кѣ, раздроблены и приклеены были, подобно нашему, къ разнымъ Греческимъ рукописямъ, принадлежавшимъ нѣкогда такъ же, какъ и наша рукопись подъ № 60, Аѳонской лаврѣ св. Аѳанасія, какъ все это видно изъ Монфоконова описанія сихъ отрывковъ: то весьма естественно можемъ придти къ тому заключенію, что нашъ отрывокъ не только близокъ по времени написанія къ Парижскимъ отрывкамъ, но и составляетъ съ ними часть одной и той же рукописи, тѣмъ болѣе, что тѣхъ стиховъ изъ посланія къ Евреямъ, которые читаются въ нашемъ манускриптѣ, не находится въ отрывкахъ Парижскихъ, вполне напечатанныхъ Монфокономъ въ описаніи Коаленовой Б—ки (pag. 253—261).

Что касается до времени написанія парижской рукописи; то Монфоконовъ относитъ ее къ числу древнѣйшихъ въ Европѣ рукописей, именно къ V или VI в., основываясь частію на сходствѣ первоначальнаго начертанія буквъ сей рукописи, уцѣлѣвшаго, какъ сказано было выше, въ киповарной припискѣ къ посланію Ап. Павла къ Титу, съ начертаніемъ оныхъ въ другихъ древнѣйшихъ рукописяхъ, а главнымъ образомъ утверждаясь на сохранившейся въ рукописи припискѣ писца, (см. табл. ѧ обор.) гдѣ этотъ сообщаетъ, что онъ переписанный имъ списокъ Апостольскихъ посланій сличалъ въ Кесарійской библіотекѣ съ кодексомъ, писаннымъ рукою св. священномученика Памфила (+ 309 г.), разумѣется прежде, нежели этотъ городъ (а съ нимъ конечно и библіотека), разрушенъ былъ до основанія, что случилось въ первой половинѣ VII в.

Слѣдовательно и нашъ синодальный отрывокъ,

(а) Что особенно примѣтно въ буквахъ, имѣющихъ круглую форму, какъ напр. буква О. Это же самое замѣчаетъ и Монфоконовъ, при описаніи означенной Парижской рукописи.

(16), immo etiam loca atramento exaesa (a), omnia haec proximam illorum fragmentorum exhibent similitudinem. Si vero consideremus adhuc, fragmenta illa Epistolarum Paulinarum, ad Bibliothecam Parisiensem pertinentia, ad instar nostri Synodalis № 60 fragmenti, discerpta et agglutinata fuisse variis manuscriptis Graecis, quae eiusdem Bibliothecae S. Athanasii in monte Atho olim erant, prout patet ex descriptione Montfauconiana: quid inde concludamus necesse est, nisi fragmentum nostrum, non modo quoad tempus, Parisiensibus illis proximum esse, sed etiam partem aliquando fuisse unius eiusdemque codicis manuscripti. Hoc autem eo certius credimus, quod versus illi epistolae ad Hebraeos, de nostro manuscripto supra recitati, in fragmentis Parisiensibus a Montfauconio in Bibliothecae Coislinianae descriptione ex toto editis (pag. 253—261), prorsus desiderantur.

Aetatem codicis quod attinet, Montfauconius quidem inter antiquissima Europae manuscripta, ad Saec. V vel VI illum retulit, tum propter similitudinem primae manus litterarum, quae adhuc in ascriptione Epistolae ad Titum, minio scripta extant, cum aliorum antiquissimorum monumentorum scripturâ, tum praecipue propter librarii subscriptionem (conf. Tabul. ѧ. vers.), quâ testatur, codicem suum Epistolarum Apostolicarum se conferre cum exemplari Bibliothecae Cæsariensis, propriâ manu S. Pamphyli (+ 309) scripto. Id quod non nisi ante medium Saec. VII, quo Cæsarea eiusque sine dubio bibliotheca, destructa est, fieri potuit.

Nostrum igitur Synodalis bibliothecae fragmen-

(а) Id quod praecipue patet in litteris, formam rotundam habentibus, exempli gratia O. Idem annotavit Montfauconius in supra dicti Parisiensis manuscripti descriptione.

въ первоначальномъ своемъ видѣ, писанъ былъ въ V или VI в., и никакъ уже не позднѣе первой половины VII столѣтія.

Но когда и къмъ возобновлены были, какъ въ Парижскомъ, такъ и въ нашемъ синодальномъ манускриптѣ, изгладившіяся отъ времени и дурнаго качества чернилъ буквы, съ точностію опредѣлить нельзя. Составитель текста въ Сильвестровой Всеобщей Палеографіи (*Paléographie Universelle*, Т. 2.) Шампольонъ-Фижакъ, при описаніи помянутаго нами выше снимка съ парижскаго манускрипта, относитъ это возобновленіе къ X или XI в., и полагаетъ, что, можетъ быть, это было дѣломъ одного изъ иноковъ Аѳонской лавры св. Аѳанасія. Онъ же замѣчаетъ, что ударенія и придыханія, встрѣчающіяся въ рукописи, принадлежать позднѣйшему возобновителю оной.

VII — VIII в.

Табл. ̄. VII—VIII в. № 399, л. 164. Представленный здѣсь снимокъ заимствованъ изъ рукописи, содержащей въ себѣ *четвероевангеліе*, съ нѣкоторыми предварительными статьями, каковы суть: а, Посланіе Евсевія Кесарійскаго къ Карпіану, безъ начала; б, Евсевіевы таблицы или каноны, и в, отрывокъ изъ хроники Ипполита Фивскаго, нач. *Ἰάκωβος γενόμενος ἐπίσκοπος...* (а).

Рукопись пергаменная въ малую 8-ю л., на 220 л., неодинаковаго почерка, а именно: до 179 л. писана мелкимъ красивымъ уставомъ, а далѣе и до конца скорописью XII—XIII в.

До 1655 г. рукопись сія принадлежала Ватопедскому монастырю на Аѳонѣ, какъ видно изъ надписи на 2-мъ листѣ; а въ этомъ году вмѣстѣ съ многими другими, большею частію греческими, а отчасти и славянскими манускриптами, она привезена въ Москву извѣстнымъ русскимъ путешественникомъ на востокъ, Арсеніемъ Сухановымъ.

Подробное описаніе и изслѣдованіе о сей рукописи см. въ 1-мъ изданіи Н. Завѣта Хр. Фр. *Маттеу*, in *Epist. ad Thessalonicenses* pag. 265—271. Rigae, 1785 г.

(а) Отрывокъ этотъ, вмѣстѣ съ нѣкоторыми другими отрывками изъ хроники Ипполита, изданъ К. Тишендорфомъ въ его *Anecdota sacra et profana*, pag. 21 — 25. Lipsiæ, 1855, in 4°.

tum, prima manu. Sæc. V vel VI, nulloque modo sæculi septimi dimidio serius, scriptum esse, inde colligimus.

Quando vero et a quonam litteræ tum Parisiensis, tum Synodalis manuscripti, sive temporis iniuriâ, sive atramenti nequitiâ, extinctæ, secunda manu renovatæ fuerint, pro certo dicere non possumus. Auctor commentarii in Silvestri Universali Palæographiâ (*Paléographie Universelle* Т. 2.), Schampollion - Figeac, specimen illud Parisiensis manuscripti describens, restitutionem illius ad Sæc. X vel XI refert, verosimillimum iudicans, opus hoc fuisse monachi cuiusdem S. Athanasii Lauræ. Idem animadvertit quoque, accentus et aspirationes, qui in manuscripto occurrunt, seriori renovatori esse adiudicandos.

Sæc. VII — VIII.

Tabula ̄. Sæc. VII—VIII. № 399. fol. 164. Specimen codicis, *quatuor evangeliorum*, quibus præcedunt: a, Epistola Evsepii Cæsarensis ad Carpianum sine initio, b, tabulae sive canones eiusdem Evsepii et c, Hyppoliti Thebani Chronologiæ fragmentum, quod incipit: *Ἰάκωβος γενόμενος ἐπίσκοπος...* (а).

Codex membranaceus in 8°, minoris formæ, 220 foliis constans, duplicis scripturæ, et quidem ab initio usque ad 179 minutioris uncialis non inelegantis; inde vero usque ad finem litteris cursivis scriptus sæc. XII vel XIII.

Fuit olim hic codex monasterii Wathopedi in monte Atho, ut patet ex inscriptione fol. 2: anno vero 1655, cum aliis multis codicibus graecis, partim etiam slavonicis, per hieromonachum Arsenium Suchanoff, ad codices conquirendos orientem missum, Mosquam translatus est.

Pleniorem huius codicis descriptionem vid. in 1-ma editione N. Testamenti a Christ. Frid. *Mathæi*, in epistolâ ad Thessalonicenses pag. 265—271. Rigæ, 1785.

(а) Hoc fragmentum cum aliis quibusdam Hyppoliti fragmentis chronologicis edidit C. Tischendorf in suis *Anecdotis sacris et profanis*, pag. 21—25. Lipsiæ, 1855, 4°.

VIII в.

Saec. VIII.

Табл. Ъ. VIII в. № 42 (XLIII), л. 119.

Представленный здѣсь снимокъ читается такъ:

*Σάββατον ἃ τῶν νησιῶν, τοῦ ἁγίου μεγαλομόρτυρος Θεοδώρου, ἐκ τοῦ κατὰ Μάρκον.
Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐπόρευετο ὁ Ἰησοῦς τοῖς σάββασιν κ. τ. λ. (Marc. 11, 23. 24).*

Рукопись, изъ которой заимствованъ этотъ снимокъ, содержитъ въ себѣ *недѣльное Евангеліе* (Апракосъ), т. е. расположенное, для церковнаго употребленія, по недѣлямъ, начиная съ Пасхи, съ приложеніемъ въ концѣ мѣсяцослова; писана на пергаментѣ въ 4 л., на 246 л., крупнымъ уставомъ, въ два столбца, съ раскрашенными заставками и съ такими же заглавными буквами. Надъ словами текста, кромѣ обыкновенныхъ удареній и придыханій, по всей рукописи идутъ, сдѣланные киноварью, особые знаки, въ родѣ нотъ, безъ сомнѣнія, служившіе для опредѣленія интонаціи при чтеніи.

Относительно времени написанія сей рукописи Маттеи утверждаетъ, что она должна быть написана раньше VIII в., но судя по вѣкоторымъ историческимъ даннымъ, встрѣчающимся въ этой самой рукописи, древность ея не можетъ восходить далѣе конца VIII в.—Такъ, въ мѣсяцословѣ, приложенномъ въ концѣ рукописи и писанномъ однимъ съ нею почеркомъ, подъ 12 ч. Мая упоминается въ числѣ святыхъ Германъ, патр. Константинопольскій, жившій въ первой половинѣ упомянутого столѣтія и скончавшійся около 740 года.

Примѣч. Описанная нами рукопись, весьма примѣчательная по своей древности и по вѣрности Евангельскаго текста, не отличается орфографическою правильностію: въ ней, на каждой почти строкѣ, встрѣчаются погрѣшности противъ правописанія. Видно, что писецъ, писавшій эту рукопись, конечно подъ диктантъ, былъ или малограмотный Грекъ, или вовсе чужестранецъ.

Табл. Г. VIII в. № 226 (tom. II. № XII. f.), л. 148. (въ снимкѣ л. 198—ошибочно).

Представленный здѣсь снимокъ начинается такъ:

Μηνὶ Σεπτεμβρίῳ ἃ, ἀρχὴ ἰνδίκτου, μνήμη Συμεῶν τοῦ στυλῖτου, εὐαγγέλιον κατὰ Λουκᾶν κεφ. ιη(α).

(а) Здѣсь означена глава по Евсевіеву раздѣленію Евангельскаго текста.

Tabula Ъ. saec. VIII № 42 (XLIII), fol. 119.

Edito hęc specimine legitur:

Specimen hoc desumptum est ex Evangeliiario sive codice, qui lectiones, usui ecclesiastico ex quatuor evangeliiis destinatas et per hebdomadas a Paschate dispositas, addito quoque menologio, exhibet. Scriptus est 246 foliis membranaceis, in 4°, litteris quadratis, dualibus columnis, capitibus litterisque initialibus diversis coloribus ornatis. Praeter accentus et aspirationes, verbis textus per totum manuscriptum minio superscriptae sunt speciales notae, quibus, sine dubio, variae vocis mutationes in Evangeliorum lectione demonstrantur.

Mathæi codicem hunc ante saeculum VIII scriptum esse censet: sunt tamen in ipso codice certa indicia, quibus obsequentes, eius scriptionem ante finem huius VIII saeculi referre non audemus. Nam in menologio, codici addito et manu eadem scripto, die XII Maii inter sanctos refertur nomen Germani, patriarchae Constantinopolitani, qui prima eiusdem saeculi dimidia parte vixit mortuusque est anno circiter 740.

Nota. Codex iste, a nobis descriptus, inter gravissimos iure censendus est, propter antiquitatem suam lectionesque optimas, non tamen propter orthographiae probitatem: scetet enim pluribus erroribus orthographicis, scriptusque esse videtur a quodam imperito Graeco, vel prorsus alienigena.

Tab. Г. saec. VIII. № 226 (tom. II. № XII. f.) fol. 148. (in specimine 198—per errorem).

Specimen hoc initium habet:

(а) Numerus capituli ex divisione Evangeliorum, ab Eusebio instituta, desumitur.

Рукопись, откуда заимствованъ этотъ снимокъ, содержитъ въ себѣ *недѣльное Евангеліе* (Апракосъ), съ присовокупленіемъ въ концѣ сокращеннаго мѣсяцослова.

Рукопись безъ начала (недостаеъ цѣлой тетради въ 8-мъ листовъ), писана на бѣломъ, тонкомъ пергаментѣ въ листъ, на 231 л., крупнымъ весьма красивымъ уставомъ, въ два столбца, съ раскрашенными по золотому полю заставками и такими же заглавными буквами. Надъ словами текста, подобно какъ и въ предыдущемъ спискѣ Евангелія (№ 42), кромѣ обыкновенныхъ удареній и придыханій, по всей рукописи разбѣчены кинноварью особые знаки, служившіе, какъ было сказано, для опредѣленія интонаціи при чтеніи.

По словамъ ученаго Маттеи (а), описанная нами рукопись есть одна изъ наилучшихъ и древнѣйшихъ рукописей, какія до того времени (т. е. до конца прошедшаго столѣтія) извѣстны были въ Европѣ: впрочемъ, что касается до древности этого манускрипта, то она не можетъ восходить далѣе конца VIII в.: поелику въ немъ, подобно какъ и въ предыдущемъ Евангеліи, въ мѣсяцословѣ подъ 12 ч. Мая встрѣчается имя тогоже св. Германа, патр. Константинопольскаго, умершаго около 740 года.

Примѣч. По характеру письма и по украшеніямъ заглавныхъ буквъ, наша рукопись весьма сходна съ подобною рукописью Мюнхенской королевской Библиотеки, содержащею въ себѣ также недѣльное Евангеліе и принадлежащею къ VIII в.—Снимокъ съ этой послѣдней рукописи см. въ *Palaéographie Universelle Сильвестра*, том. 2.

VIII—IX в.

Табл. Д. VIII—IX. № 313 (CCC) л. 238 об.

Представленный здѣсь снимокъ, начинающійся словами: *ἰψῶσιν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται κ. τ. λ.*, заимствованъ изъ пергаменнаго отрывка, состоящаго изъ двухъ листовъ въ 4° д. и приклееннаго къ концу означенной выше рукописи. Въ отрывкѣ этомъ содержатся чтенія изъ недѣльнаго Евангелія.

(а) См. in priore N. Testamenti editione Matthaei (Rigae et Lipsiae 1785) ad Thessalonicenses, pag. 251.

Sumitur vero ex *Evangeliariorum*, cui additum est in fine breve menologium.

Codex hic initio caret (desunt 8 folia); constat tenuissimis et nitidissimis foliis membranaceis 231; scriptus est litteris quadratis elegantis characteris, duabus columnis, capitibus in fundo avreo pictis similibusque litteris initialibus ornatus. Inter lineas, praeter spiritus et accentus, notae quaedam, minio scriptae, occurrunt, vocis modulationes inter legendum determinantes, prout supra dictum est in descriptione cod. № 42.

Descriptum a nobis codicem celeberrimus Matthaei (a) ad praestantissimos et antiquissimos, qui tunc (saec. XVIII fine) in Europa innotuerunt, referebat. Codicis tamen antiquitas supra saec. VIII finem non ascendit: nam, sicut in praecedenti Evangelii codice, menologium inter sanctos XII Maii habet Germanum, patriarcham Constantinopolitanum, qui, ut supra dictum est, anno circiter 740 obiit.

Nota. Codex hic scripturae characteris et litterarum initialium ornamentis similis est codici bibliothecae Regiae Monacensis, qui itidem Evangeliariorum continet referturque ad saeculum VIII. Specimen huius posterioris codicis editum est in *Palaéographie universali Sylvestri*, tom. 2.

Saec. VIII—IX.

Табл. Д., saec. VIII—IX. № 313 (CCC) fol. 238 verso.

Specimen hic editum, quod incipit: *ἰψῶσιν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται κ. τ. λ.*, desumptum est ex fragmento membranaceo, duobus foliis in 4° constanti, quod codici supra scripto ad calcem adnexum est. — Fragmentum hoc exhibet lectiones quasdam ex *Evangeliariorum*.

(а) Vid. in priore N. Testamenti editione Matthaei (Rigae et Lipsiae 1785) ad Thessalonicenses, pag. 251.

Судя по характеру буквъ, эту рукопись несомнѣнно можно относить къ концу VIII, или началу IX в.

Pro caractere litterarum hoc manuscriptum ad finem sæculi VIII vel initium IX referendum est.

IX в.

Табл. ̄ε. а. 880 г. № 254 (CCXLI), л. 3 и 470.

Представленный здѣсь снимокъ читается такъ:

Ἀσκητικὸν τοῦ ἁγίου Βασιλείου ἀρχιεπισκόπου Καισαρίας καππαδοκίας.

Πρόλογος τῶν ἀσκητικῶν τοῦ αὐτοῦ.

Πολλῶν ὄντων τῶν ὑπὸ τῆς θεοπνεύσου γραφῆς δηλουμένων καὶ τῶν καθορθοῦσθαι ὀφειλόντων τοῖς ἐσπουδακῶν εὐαρεσῆσαι τῷ θεῷ περὶ μόνων τῶν.

Ἐτελειώθη ἡ βιβλος αὕτη δια χειρὸς ἀθανασίου μοναχοῦ καὶ ἀμαρταλοῦ μηνὶ αὐγύστῳ ἄ. ἰνδίκτου ἰγ, ἔτους ἀπὸ κτίσεως κόσμου 51πη (6388—880 г.).

Рукопись, изъ коей заимствованъ настоящій снимокъ, содержитъ въ себѣ *Аскетиконъ*, или слова постническія св. Василія В.—Писана на пергаменѣ въ большую 8-ю л., на 470 л., скорописью, а въ заглавіяхъ статей полууставомъ, монахомъ Аѳанасіемъ. Рукопись сія принадлежала нѣкогда Ватопедскому монастырю на Аѳонѣ.

Описанная нами рукопись едвали не самая древняя изъ всѣхъ, доселѣ извѣстныхъ, греческихъ рукописей съ яснымъ означеніемъ времени ея написанія. Въ Римской Ватиканской Библиотекѣ хранилась нѣкогда рукопись, содержащая въ себѣ творенія св. Іоанна Дамаскина, съ означеніемъ года 759-го: но она давно уже утрачена (*Montfaucon Palæogr. graeca, pag. 41. Paris. 1708*).

Sæc. IX.

Tab. ̄ε a. an. 880. № 254 (CCXLI), fol. 3 et 470.

In edito a nobis specimine legitur:

Codex, cuius specimen hęc praestamus, *Asceticon* sive opera S. Basilii Magni ascetica continet. Scriptus est a monacho Athanasio, membranis in 8°, 470 foliis, currenti calamo (tachygraphice) in titulis avtem homiliarum litteris pene quadratis. Olim erat monasterii Bathopædi, in monte Atho.

Codex iste videtur esse vetustissimus omnium græcorum codicum, quos novimus, cum certa numerisque expressa scripturæ ætate. In bibliotheca Vaticana extitit olim codex, operum S. Iohannis Damasceni, cui subscriptus erat annus 759: ille tamen iamdiu perditus est. (*Montfaucon Palæogr. gr. pag. 41. Paris 1708*).

Табл. ̄ε. б. 899 г. № 145. (CXLVI), л. 1 и 294. об.

Снимокъ, здѣсь представленный, читается такъ:

Βίος ἐν ἐπιτομῇ τοῦ ἁββᾶ ἰωάννου. τοῦ ἡγουμένου τοῦ ἁγίου ὄρους τοῦ σινᾶ. τοῦ ἐπίκλην σχολαστικοῦ ἐν ἁγίοις ἀληθῶς.

Τὸ μὲν τίς ἢ ἐνεγκραμένη τὸν γεννάδα καὶ ἐκθρέψασα πρὸ τῆς ἀθλητικῆς αὐτοῦ. ἡ(ι)ν οὕτως εἶπω, ἀξιάκωτος πόλις· εἰς ἅπαν ἐπισκευμμένως τε καὶ ἡκριβομένως λέγειν οὐκ ἔχω· τὸ δὲ τίς νῦν ἢ φέρουσα, καὶ ἀμβροσίῳ ἰστιάσει ἰστιάσα τὸν πανθαύμαζόν, ἀγνοῶ οὐδ' ᾤ(ο)λως. πῆλει γὰρ καὶ αὐτὸς νῦν εἰς ἐκείνην.

Tab. ̄ε, b. 899 an. № 145 (CXLVI), fol. 1 et 294 verso.

Editum hęc specimen legitur:

Ἐργράφη ἡ δέλτος αὐτὴ διὰ χειρὸς ἀθανασίου μοναχοῦ καὶ ἡγουμένου: ἔτους: ̅Ϛ̅ ἰνδικτιῶνος
β̅ ἐτελι(ε)ώθη μηνὴ (μηνὶ) μαίω: κδ ἡμέρα ε.

Рукопись, откуда заимствованъ этотъ снимокъ, содержитъ въ себѣ *Лѣствицу* преп. Іоанна, игумена Синайскаго, и нѣкоторыя аскетическія творенія Марка Подвижника и Діадоха, еп. Фотикійскаго. Писана на пергаментѣ въ малый листъ, на 294 л., скорописью, а въ заглавіяхъ статей полууставомъ, монахомъ и игуменомъ Аѳанасіемъ. Рукопись сія принадлежала нѣкогда Аѳонскоѣ лаврѣ св. Аѳанасія.

Codex, cuius specimen edimus, *Scalam* S. Iohannis Climacis operaque ascetica Marci monachi et Diadochi, episcopi Photices, continet, scriptus est in membranis minoris formæ, fol. 294, manu cursiva, in titulis autem litteris semiuncialibus, a hegumeno Athanasio. Fuit aliquando lauræ S. Athanasii in monte Atho.

X в.

Табл. ̅Ϛ̅. а. 917 г. № 96. (XCVII), л. 1 и 362.

Представленный здѣсь снимокъ взятъ изъ рукописи, содержащей въ себѣ *Бесѣды св. Іоанна Златоустаго на посланіе къ Римлянамъ*. Послѣ заглавія рукописи, написаннаго въ раскрашенной заставкѣ уставными буквами, читаемъ слѣдующее:

Συνεχῶς ἀκούων ἀναγινωσκομένων τῶν ἐπιστολῶν τοῦ μακαρίου Παύλου καὶ . . .

Ἐτελι(ε)ώθη сὺν θεῷ ἡ πανί-
ερος αὐτῆ βίβλος τοῦ
ἀγίου ἀκεψιμᾶ τῆς θε-
οφυλάκτου νησοῦ τῆς
χάλκης: μηνὶ ἰουνίω.
ἰνδικτιῶ—
νος ̅Ϛ̅. ἔτους
ἀπὸ κτίσε-
ως κόσμου:
ς υ κ ε:
ἐπὶ ἡγουμέ-
νου τοῦ δσι-
ωτάτου πατρὸς ἡμῶν ξινο-
φῶντος: γραφείσα διὰ χει-
ρὸς निकολάου εὐτε-
λοῦς μοναχοῦ: δυ-
σπηῶ δὲ πάντα.

Рукопись писана на пергаментѣ въ листъ, на 362 л., въ два столбца, скорописью, а въ заглавіяхъ уставомъ, монахомъ Николаемъ, на островѣ Халкѣ, близъ Константинополя.

Saec. X.

Tab. ̅Ϛ̅. а. an. 917. № 96 (XCVII), fol. 1 et 362.

Editum hîc specimen mutuatum est e codice, qui S. Iohannis Chrysostomi commentarium in epistolam ad Romanos continet. Post titulum codicis, litteris uncialibus scriptum cum ornamentis, haec leguntur:

Codex est membranaceus in 362 fol., duabus columnis, currenti calamo scriptus, tituli vero litteris uncialibus, a quodam Nicolao monacho, insulâ Chalce iuxta Constantinopolim.